

SUV ΘΕΩ.

BREVIS DISPOSITIO HOMILETICA

In Textum Secundum,

Solennis ad

DEUM OMNIPOTENTEM

Gratiarum Actionis

Ex mandato

SACRAE REGIÆ MAJESTATIS

Ad diem 9 Martii M DCC VI.

Per universum Regnum Sveo-Gothicum, instituendæ.

94
165

Benevole Lector: Quos Concioni primæ & tertiae sanctâ pietate adscripsit, Textus, REX ALIGUSTISSIMUS, in Commentariis ad Psalmos Davidicos passim obviis, etiam illo hic Aboe edito, expositos habes. Simul in Fasciculo Dispositionum Homiletiacarum, A.O. 1693. emissō, invenies Textum primum Psal. 54: v. 6—9. pag. 269 — 272. sive Conc. 2. die 2. 1678. & Textum tertium Psal. 64: v. 7 — 11. pag. 444 — 447. sive Conc. 3. die 3. 1684. in usum concionatorum deductos, Panca itaq; ad Textum secundum nunc adferre convenit.

 Arasceve: Apoc. 15: v. 3, 4. Magna & mirabilia sunt opera tua &c. vid. Fascicul. allegatum pag. 384. seq. & 578. Cantica ibi commemorata, peculiariter respiciunt DEI judicia, contra Ecclesiæ hostes, & quemadmodum bellum hocce Polono-Ruthenicum astutia Antichristi Romani excitatum est, pie ista & nos canimus propter auxilium Cœleste adversus Antichristianos, &c.

:)

TEX-

Ruonepi 4.

TEXTUS, Dan. 2: v. 20, 21.

915.

Exord. Psal. 147: v. 5. Deprædicatur Divinæ essentia magnitudo, vår HÆerre är stoor etc. Deut. 10: v. 17. Psal. 95: v. 3. & 145: v. 3—8. &c. & magnitudo potentia ejus; och stoor är hans macht: Eph. 3: v. 20. vid. Fasctic. Homilet. p. 580. nec non sapientia: Och thet är obegripeligit huru han regerar. Hebr. intelligentia ejus non est numerus vid. ibid. pag. 581. adde Rom. 11: 33. Eadem DEI laus in Textu. Est enim CONFESSIO DANIELIS ILLUMINATISSIMI, DEUM GLORIFICANS.

Votum Ephes. 11: v. 17—19.

De illuminatione Danielis ipse loquitur v. 18, 19.
 (repetendum ex antecedentibus, quid potissimum Rex Nebucadnezar occasione somnii, & qualis ejus comminationem confessionem esse textum nostrum docet, v. 23. Tibi DÆUS Patrum meorum confiteor, teq[ue] laudo &c. Sic quod s[ecundu]m vertitur in Svet. Tacka/in Hebr. confitendi notionem habet 1. Reg. 8: v. 33. notatq[ue] publicam DEi celebrationem 1Chron. 16:(17) v.8. & 29:(30) v. 13. Ps. 75:1. &c. Sic autem orditur: Lofwat ware Gudz Namn: Hebr. benedictum sit nomen DEI, Hiob. 1: v. 21. & sic reddendum Gen. 9: v. 26. Luc. 1: v. 68. &c. DÆUS enim omnis benedictionis fons est & scaturigo Deut. 28: v. 12. 1 Chron. 29:(30) v. 14, 16. &c. nomine DEi, DÆUS ipse intelligitur. Psal. 20: v. 2, 3. Benedictionis & laudis durationem indicat; à seculo & usq[ue] in seculum Psal. 41: v. 14. & 44: v. 9. & 45. v. 18. & 86: v. 12. & 89: v. 53. &c. Causæ vero, quæ ipsum omnesq[ue] homines in DÆilaudes excitant, tres hic commemorantur;

I. SAPIENTIA ET POTENTIA DIVINA: Emphatice loquitur: Quia sapientia & potentia ipsius est. Inter attributa, quæ

916
166

quæ omnia D^EO sunt essentialia, primum sapientiam collat. NB. v. 22. tum ut beneficium illuminationis sibi data agnolcat v. 18, 19, 23. tum ut deprimat arrogantiam Magorum aliorumq; inter Chaldæos, qui sapientiæ persuasione tumidi, 1 Cor. 8. v. 1. sapientiæ titulo superbientes v. 2, 12, 27. debuissent tribuere D^EO soli sapientiæ gloriam, allenq; wif-
sunt Rom. 16: v. 27. 1 Tim. 1: 17. Judæ v. 25. ab eo quoq; solo omnis vera sapientia Jac. 1: v. 5. Sap. 9: v. 6. Elucet autem Di-
vina sapientia, in totius universi creatione Psal. 104: v. 24.
Prov. 3: v. 19, 20. inq; generis humani redēmptione Eph. 3. v.
8, 9, 10. ac in admiranda rerum omniū gubernatione. Hiob.
12: v. 13. Alterum attributum Divinum Potentiam adjungit
sapientiæ : Sicut junctim celebrantur, Prov. 8. v. 14. Esaj 40.
v. 28. Jer. 32: v. 17. &c. Conspicua itidem est D^Ei omnipoten-
tentia, in splendidissimo mundi opificio : Psal. 65. v. 7. Rom.
1: v. 20. in gravissimis pœnis, quas impiis infligit, Exod. 3: v.
19, 20. Psal. 76: v. 7, 8. in potentissimis auxiliis, quibus piis
succurrit Deut. 4: v. 34. Psal. 89: v. 14. Jer. 14: 8, 9. inq; acti-
bus singularibus, quales hic v. 21.

U^sus. Veneremur D^Ei sapientiam & potentiam, ac sola-
tum in cunctis adversitatibus inde capiamus : Psal. 33: v. 20,
21. & 68: v. 21. & 135: v. 6. Spectemus exempla priora Syr. 2:
v. 10, 11. in historiis Ecclesiæ Israëliticæ & Christianæ ; in pri-
mis in annalibus patriæ nostræ. Quanta Divinæ sapientiæ
& potentiæ opera, in liberatione Sveciæ à tyrannide Papali
& crudelitate Regis cuiusdam exteris, per R. GUST. primum?
In conservatione Evangelii in Germania inq; incrementis
patriæ per R. GUST. ADOLPHUM, & victoria Svecorum ar-
ma? in procuranda pace cum tot hostibus additisq; provin-
ciis, post bellum Polono-Ruthenicum prius, & recentius
): (2 bel-

917. bellum Danicum § in victoriis R̄gi nostro Clementissimo
per sex hos annos concessis § quarum insignem partem ho-
dierna solennitas celebrabit. Repetamus itaq; sapientiae &
potentiae laudes cum sanctis, Exod. 15: v. 1. Jud. 5: v. 1.
Sam. 2: v. 1. Apoc. 7: v. 12.

II. LIBERRIMA ET POTENTISSIMA MUNDANARUM RERUM
GUBERNATIO. Ejus quasi specimen demonstrat in temporum
mutatione, & in Regum remotione, in q; illorum constitutione
v. 21. (a) Han förändrar etc. Ipse enim mutat tempora &
momenta sive opportunitates eorum. Omittimus subtile di-
crimen inter I^my & I^w. DEUS in ipsa creatione, temporum
rationem ordinavit, Gen. 1: v. 14. eorumq; vicissitudines or-
dinarias ratas fecit, Gen. 8: v. 22. Conf. Eccles. 3: v. 1. seq. &
in illa naturae constantia sapientiam potentiamq; suam o-
stendit, hic v. 20. Psal. 148: v. 6. sed & sapientiam ac infinitum
suum robur demonstrat, cum ista in sui gloriam & homi-
num pœnam vel gaudium mutet: sic solis cursum ordina-
rium Eccles. 1. v. 5. mutavit tempore Josuæ Jos. 10: v. 13, 14.
& Ezekiae, 2 Reg. 20: v. 9—11. Constantes habet luna suas
vicissitudines Psal. 89: v. 38: & 104: v. 19. sed & ejus cursus im-
peditus est, ad petitum Josuæ, Jos. 10: v. 12, 13. Quot mirabi-
les mutationes subivit natura in diluvio Noachico; In sub-
versione Sodomæ; in plagiis Egyptiacis; & in miraculis ve-
re Divinis § Dies, temporis pars jucundissima, noctis umbras
induit, in pœnam induratorum, Exod. 10: v. 22. & tristis alias
nox Psal. 104. v. 20. fuit populo DEi, ad ejus beneplacitum,
tempus festivum Exod. 12: v. 42. Conf. Elaj. 30. v. 29. Eritque
hoc maximum Divinae potentiae opus, cum omne tempus
in consummatione seculi abolebit, Psal. 102: v. 26, 27. El. 51:
v. 6. Matth. 24: v. 29, 35. 2 Pet. 3: v. 7, 10. Apoc. 6: v. 14. & 20: v.

ii. (B) Han sätter Konungar af/och sätter Konungar up! 918

167

*Removet Reges, & constituit Reges. Habent Regna Regesq;
tuam à DEo constitutionem. Dan. 2:v. 37. Prov. 8:v. 15, 16.
Rom. 13: v. 1, seqq. ideo Imperantes venerari & timere de-
bent homines alii , neq; contra illos insultare Prov. 24:v.
22, 23. NB. Hiob. 26:v. 7. verum Deus, Rex magnus super o-
mnes Deos hos terrestres, Psal. 95. v 3. sapientiam potentiamq;
suam exerit circa eosdem: indeq; magnitudo ejus agno-
scenda Dan. 4:v. 14. (17). Hiob. 12: v. 12, 13. & 34: v. 24. Esa. 40:
v. 23. Luc. 1:v. 52. Sed & justitia Ejus in hoc elucet: Nam
DEus Iudex est, bunc humiliabit & ipsum exaltabit : Psal. 75:
v. 8. A verbo Chald. נָשַׁׁי quod remotionis, translationis si-
ve deturbationis significationem hic induit, est derivatum
נָשַׁׁי in Chaldaea paraphrasi Lev. 13: v. 2. de ulceribus adhibi-
tum. Removet itaq; DEus Reges qui lues & pestis sunt reipu-
blica, ne Porro populum corrumpant: sic juste throno de-
jectos Spiritus Dei indicat, *Numinis & religionis vera con-
temtores* Exod. 5: v. 2. & 15; v. 4. Esa. 60: v. 12. *Tyrannos* Jud.
1:v. 6, 7. 1Reg. 12: v. 14, 16. Sap. 6:v. 5 - 8. *immodica superbiza*
le efferentes Deut. 17: v. 20: Esa. 14: v. 12, 13. Act. 12. v. 22, 23.
Luxuriosos, aliisq; vitiis scuentes, Dan. 5: v. 2, 3, 4. 30. Verū
Reges pios, justos , clementes DEus constituit, confirmat,
vitamque eorum prorogat Deut. 17: v. 16. seqq. Plal. 61. v. 8.
Prov. 16: v. 12, & 20; v. 28. & 29. v. 4, 14. Quæ discriminis
caussa etiam insinuatur Hiob. 36: v. 5, 6. *DEus fortis, non*
vixificat impium, &c. & v. 7. *Non subtrahit à justo oculos suos*
& sedere facit Reges in perpetuum ut exalentur: Absq; du-
bio quæ Propheta hic v. 21. de temporib; & Regibus adducit,
respiciunt multiplicem in iis mutationem à DEo solo effici-
endam*

) (3)

endam, sub Monarchicis imperiis de quibus hic cap. 2. v.
29. usque ad v. 45.

Uſus. Quod in priori membro partis hujus secundum
de Divina circa tempora potestate habet Propheta, id in
venerationem providentiae ejus nos trahat, Deut. 32. v. 7.
Pſal. 31. v. 16. & ne poenitentiae tempus negligamus, do-
ceat: Act: 17. v. 30, 31. recte itaque utamur tempore Divina
gratiae Pſal: 102. v. 14. beneplaciti Pſal: 69. v. 14. & salutis
Eſaj. 49. 8. Profogare aliquoties solet DEus poenitentia
dies Gen: 6. v. 3. Sed cum homines gratiam ejus conte-
mnum Rom. 2. v. 4, 5. breviores illos reddere facile pot-
est, Eſaj. 17. v. 14. Luc: 12. v. 19, 20. vel calamitatis tem-
pora duriora immittere Lev: 26. v. 18. seqq. Redimamus
itaq; opportunitatem: Eph: 5. v. 15, 16. Sed & solatij pluri-
mum in adversitatibus pii hinc consequentur, mutari
enim est dextra Altissimi Pſal. 77. v. 11. convertetq; luctum
in choream Pſal: 30. v. 12. & cum temporis vicissitudine, vi-
ces quoque dabit jucundas Pſal: 30. v. 6. Alterum istud, de
sapientia potentiaque Dei in Regibus removendis vel fa-
biliendis ex voluntate S.R.M:TIS nos edoceat, non sine
peculiari Divina directione factum esse, quod in litteris
Regiis de Regiae corona Polonica translatione refertur,
Prorsus convenit REGIS NOSTRI AUGUSTISSIMI pietati existi-
mare MAJESTATEM Ejus hunc ordinando textum eo flecte-
re voluisse cogitata nostra, ut omne illud DEI sapientia
potentia, & iustitia unice adscribamus. Prudentia & stre-
nua REGIS NOSTRI CLEMENTISSIMI manu uti quidem vo-
luit Deus, sed REX ipse ad SUMMUM tantæ mutationis Au-
CTOREM nos deducit. Sunt in historiis civilibus per tote-

920
168

tro secula valde memorabilia hujusmodi Divinæ dispositionis exempla. In historiam sacram relata Pharaonis, Sennacheribi & Belschazaris, aliorumque super regnis gentium: Jechoniam & Zedechiam ultimorum in Iuda Regum, ac tot in regno Israelis dejectorum Regum nomina, simulac recensentur, Justitiam omnipotentis & summè sapientis Dei comprobant. Nostra ætate Jacobus II, R. Angliae, cum, postquam ipse avitam detinuisse fidem, non contentus esset subditos in confessione Ecclesiæ uti vocatur reformatæ habere sibi obsequentes, sed illos secum Pontificis Romani jugo subjecere voluerit, florentissimo pulsus est regno. Fridericus Augustus singulari successio-
nis fato, Elector factus Saxonie, non acquievit tanto &
tam excuso dignitatis & potentiae fastigio, sed Regium in
Polonia ambienstulum, veræ fidei iacturam facere voluit,
à sanctissima Evangelico - Lutherana religione, quam Elec-
tores & Principes Saxonie pie & constanter afferuerunt,
apostata, & apostaticæ Ecclesiæ Papalis 1 Tim: 4. v. 1. 2. 3.
mancipium & proselyta factus, Matth. 23. v. 15. Characte-
rem bestiæ suscepit, Apoc. 16. v. 2. &c. & scortatus est cum
meretrice Babylonica Apoc. 17. v. 1. 2. quare & ille Dei vin-
dictam subit Ezek. 23. v. 35. conf. 1 Sam. 2. v. 30. eoque
gravior ejus quam Jacobi istius Angliae Regis censenda est
apostasia, quo hic puriori prius addictus erat confessioni, &
alterius triste fatum videbat. Verum uti fidem in Deum
abjuravit, ita in multis de cætero perfidiæ documenta de-
dit. Serenissimam ejus Conjugem & prolem Electoralem
seruit Deus in fide pura! Ad ipsum vero Fridericum Augu-
stum dirigenda verba Prophetica, Jer: 13. v. 18. & illa pro-
lixiora Ezek: 21. v. 25, 26, 27.

Sapi-

921.

III. SAPIENTIAE ET SCIENTIAE BENIGNA LARGITIO; hæc tercia laudis
Divinae subjungitur cauſa v. 21. *Dat Sapientiam Sapientibus, & scientiam scientibus intelligentiam:* neque hic evolvimus discrimen inter tria hæc vocabula. Illis autem Daniel indicate voluit quod omnis vera sapientia & scientia à DEO sit, & ab illo solo eam habeant qui Sapientes vel intelligentes appellantur Prov. 2. v. 6. Jac: 1. v. 17. & quod largiatur illam liberaliter, ἀπλῶς (sic év ἀπλόθη) Rom: 12. v. 8. & τῆς ἀπλοθής 2 Cor. 8. v. 2, 3.) potentibus Jac: 1. v. 5. adde Matt: 7. v. 7. Luc: 11. v. 13. His verbis intimo quoque gaudio agnoscit & celebravit Propheta sapientiae insignem mensuram & revelatio-
nis gratiam, sibi à Deo datam Dan: 1. v. 17 – 20, & 2. v. 19, 23, 30,
& 5. v. 12. &c.

Uſus: In verbo Dei, & ex illo, omnis vera Sapientia nunc à nobis queratur Psal. 19: v. 9. & 119. v. 98, 99, 100. Esaj: 8. v. 20. 2 Tim: 3. v. 15. Stultizie vero suæ justas luent poenas, qui extra illud & contra Deum sapere volunt Esaj: 5. v. 21. & 19. v. 11, 12. & 29. v. 14. Jer. 8. v. 8. 9. Devote itaque revelationis Divinae beneficium suspiciamus; de illo ritè fruendo oremus, Ps. 119: v. 18. Col. 4: v. 2. 3. ut sapienter inde futura in nostri emendationem prævideamus Deut. 32. v. 29. Pœnitentiam mature agamus. Then Gudi tåcf är gifwer han *Wijshet/Förnuft och Glädje/ men Syndarom* gifwer han *Olycka* Eccl. 2. v. 26. Timor nan q; Domini est iuitium sapientiae H. ob: 28. 28. NB. Jer: 9. v. 23, 24. Inter felicitates plurimas, quibus DEO BENEDICENTE per auspicatissimum REGIS NOSTRI CLEMENTISSIMI Imperium bene nobis est, merito ut maximam reputemus quod REGIA Ejus MAJESTAS, Zelo & pietate incomparabili, verbum Dei veramque religionem tuteatur. Suspiria itaque & preces ad DEUM pro REGE PIO, JUSTO, CLEMENTE fundamus: apprecessur MAJESTATI Ejus sapientiae thesau-
rum, ex 1 Reg. 3. v. 9, Esaj. 11. v. 2. Sap. 9. 9 – 12. armorum succel-
sum, ex Gen. 49. v. 24, 25. Psal: 20. v. 2. seqq. & 21. v. 2. seqq. Im-
periis diuturnitatem felicitatemque, ex Psal: 61. v. 7. 8. pacis denique
& tranquillæ in throno Regio sedis jucunditatem ex Deut: 33. v. 7.

1 Reg: 2. v. 4s. nobis demum omnibus,

Col. 1. v. 9, 10, II.

S. D. G.